



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

36. Colloquium Xauerij cum Rege Bungi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

vel vno ditiozem se credere quam Sinarum thesauris triginta duobus, proin opto inquit, te gloria augeti, & fieri votorum compotem quæ te tam procul aduexerunt: quibus breuiter dictis, subducente se tacite iuvene, qui ad manum Xauerio fuerat, in vestibulum cubiculi regij cum illo subit, vbi nobilium complures humanissimè exceptum, cum essent tantisper colloquio morati, denique in Regis conspectum inducunt: Rex vt erat stans, & expectans, quinque aut sex passus ingredienti prodit, terque humum pronus vultu demisso tangit, quod iis qui aderant rarè admirationi. Xauerius quoque se coram prostratus abjicit, nisi que Regis pedes honoris gratia tangere, inhibitus est ab ipsomet Rege, & in pedes erectus; dextra mox etiam pertractus, coactus est ex æquo ad lacus illi confidere; Regis fratre paulo inferius; Lusitanis, & regni Principibus, ac Baronibus ex aduerso sedentibus.

36 Post officiosos ritus gentis more obitos, Xauerius aggreditur breui, sed claro sermone, scitu necessaria credendi, & viuendi capita stringere, quod agente linguam, & animum Deo, sic ad rationis principia seite & appositè præstitit, vt rex cælo fundi totidem oracula censeret. Quamquam enim annorum quinque & viginti, & communi flagitiorum illie grassantium corruptissimus tæbe, sed maximè integro recti iudicio pollebat. Desinente igitur Xauerio dicere, exclamauit ardens, & admirans, [Cui tandem possit compertum fieri hoc Dei arcanum, quis introspicere quamobrem nos hæctenus tam cæca in nocte reliqueris; hunc tam luculento veri splendore illustrarit? Scimus de illo passim quid percrebuerit, quàm sprete & vilis ipsius paupertas, quantò ipse contemptu traductus sit; at sua illum, eiusque merita, & auctoritatem, efficax sustentat oratio, nec sinit de iis ambigere. Quicquid enim is profert cum probitatis natiuæ regulis optimè consentit, & si recti quis lance iudicij eius expenderit rationes, vno omnes statuet veritatis pondere constare. Nostri è contrario Bonziji, mirum si quid dicant præter pugnancia, hinc se implicant eoque deterius quo plura effutiunt; intelligendo maximè confusi, docendo perplexi; quod hodie approbant, cras negant; dicta rescindunt, rescissa denuo resumunt; tam perturbato suo, ac nostro sensu, vt nunquam satis quid rei sit, cuiquam liqueat, tametsi peracuto & sagaci; & in negotio in quo salus æterna vertitur, semper ancipites fluctuare nos volunt. Argumento nimium euidenti, eos pro arbitrio nobis illudere, verique immobilis quo nitantur fundamento solido carere.] Ista rex dum animo etiam quam vultu commotior doleteret, & exagitaret Bonzios, aderat inter alios, Faicondonus homo vanissimus, & in primis sectæ suæ Bonziis, non minus scelerum quam scientiarum principibus. Hic sibi propriè dictum volens, quod in commune de Bonziis rex indignabatur, prope è absuit vt abrumperet dicentem; vbi autem absoluit, nec præfatus veniam Bonzios, sed neque asurgens indignanter ausus, & acerbè in Regem inuchi, arguit quod nunquam

36
Colloquium
Xauerij cum
Rege Bungi.

quàm versatus, in Fianzimenſi vniuerſitate cuius eſt ſolius de diuinis
 ferre ſententiam) adſcito in conſilium nemine, cauſaque indiſta velut
 ex tripode, non dubitaret damnare, ac probare, quæ ipſi non ad rectam
 mentem ſed ad libidinem veniſſent; doctos conſuleret ſi eſſet indoctus;
 ſi pigebat eos inquirere; paratum ſe ad eſſe ad propugnandam famam,
 doctrinam, mercedes, & merita Bonziorum: hunc ergo Rex preſſa om-
 ni aduerſus impudentem irati animi, orisq; ſpecie, iuſſit ſi quid habe-
 ret ſedatè ponere. At iſe eodem arroganti ſtylo, Bonziorum in primis in-
 ſtitutum efferre, vitæque ſanctitatem; eſſe illos abſque dubitatione
 cælo gratos, & Deo charos; legem quippè illius ſeruare; & obſeruan-
 dam à populo curare, longas noctes, & frigidas magnam partem oran-
 do exigere, pro iis quorum beneuolentia & bencheiſ iuuarentur; ſen-
 ſus omnis voluptarij expertes caſtimoniam tenere perpetuam; abſtine-
 re ſe ab eſu recentium piſcium; curam gerere ægrotorum, pueris lite-
 ras, urbanitatem, virtutem tradere; conciliare inter ſe reges; ſedare
 regna; plebis insolentiam frangere; ſuum nobilibus tueri gradum;
 diſcordes urbium animos, & ſimilitates priuatas componere; pacis pu-
 blicæ iura aſſerere, fideiubere in alteram vitam, & dare in eam ſyngra-
 phas quibus illic diuites fierent, qui eas hinc ſecum acceptas ferrent.
 Quot porro egentes alere? quot defendere pupillos? quot erigere, ac
 ſolari afflictos, & abſectos? atque vt Bonziis cætera deſſent, familia-
 res eſſe Solis; ſtellarum domesticos; amicos intimos beatorum, quibus
 cum quoties liberet, miſcerent nocturna colloquia, quos cælo educe-
 rent, exciperent brachijs, circumſpicerent otioſè. Pergeſque admiran-
 da illa, ſed occulta narrare, quibus vulgus ignarum inſtuant, ibat in
 comicum acroama deridiculum, niſi aliquos ex auditoribus aduertiret,
 non ſatis iam riſui imperare: enimuero tunc quàm antè procaciùs in
 Regem bacchari, ſcurrari, ebrium agere, vt rex denique cogere-
 tur, ſilentium illi per fratrem imponere; poſt vero illum ſedè per ignomi-
 niam detracta ab ſe amoueret, monens, tam multis de ſanctitate Bonzio-
 rum quæ ad tædium dixerat opus minimè fuiſſe; qualeſcumque ij fo-
 rent; ipſum certè illa furentis animi, & verborum inſana tempeſtate,
 ſanctitatis ſuæ eximia præclara dediſſe documenta, pluſque illum intus
 habere de inferis, quam ſuos vt ſtultè garricbat, de cœleſtibus, & bea-
 tis. Quo regis monito, ſed multo grauiùs ablatæ ſedis dedecore, impos-
 ſui, & amens; erit, inquit, erit, cum nullius mortalium admittam ſerui-
 tutem; nec vos, nec ipſe Rex, ſed nec quicquid vbiq; regum eſt, tanti
 futurum ſit, vt detur illi mearum veſtium ſimbriam tangere, volebat
 nimirum homo ſitius intelligi, hoc fore, cum ipſe vni Deorum ſuorum
 corporatus, in eandem cum illo coaluiſſet naturam diuinam, quò ſibi
 Bonzj poſt hanc vitam promiſſo præmio, inter alia blandiuntur. De-
 lium riſit, non ſine ſtomacho rex, & perſtringere acrius parabat, niſi
 placuſſet illum Xauerius, ſuadens aliàs futurum commodiùs, cum reſor-
 buiſſet

huisset Bonzius suam bilem, & in hominem rediens, sentire humanius ac loqui meminisset. Iussit nihilo secius rex abire, & expiare pœnitentia vocem sacrilegam, qua se Deo patrem effecisset: Cui, malignum quiddam apud se immurmurans, pedem extra limen positurus, mittant in-
clamauit, è cœlo dij ignem, quo decinerascas tu, & quisquis regum, tecum idem loquetur. Sic ab importuna securi molestia, sequuntur de Deo colloqui, nullo deinceps ex Bonziis interpellatore, vt quos socij pudor fecerat cautiōtes. Prandendi hora imminente, mensisque politis, Rex secum discumbere Xauerium voluit; nec eius, aut precibus, aut rationibus, aut vlla modestiæ declinatione, ab eo valuit dimoueri. [Scio, inquit, mi Pater, & amice! te hoc non egere, at scies tu quoque, vbi nostros in mores transieſtis, nullam hominum cuius maiorem ab Rege posse beneuolentiam exhiberi, quàm si mensa illum sua cohonestet. Ego te vt mihi peramicum, propterea expeto conuiuiam; plusque mihi arbitror ex tuo conuictu auctoritatis accessurum, quàm tibi honoris ex hac mea inuitatione, ad quæ genu summissio Xauerius, Regis acinacem reuerenti osculo veneratus (vt eius patriæ fert vsus) Deum ait toto animo precor vt in agendis benignitati tam effusæ condignis gratiis, meam inopiam suppleat, & Regem dignetur fidei suæ sancta luce, & gratiæ merito, quò post vitæ huius, nauata Deo fida obsequia, eius gloria æternum potiat. Amplexatus hic virum sanctum adiecit Rex, rogare se item vt eius precibus Deus annueret, verum hac lege, vt ambo in cœlo simul essent, nec possent vnquam inuicem abiungi, sed de diuinis vt instituerant tranquille ad satietatem illic in perpetuum tractarent. Sub hæc accumbitur, & donec expleto prandio amoneantur mensæ, hærent de genibus quotquot aderant nobiles, seu Iapones siue Lusitani, ipsique adeò magno numero inuiti Bonzij, & intabescetes Xauerij gloria.

37 Huius in Rege erga sanctum featerni propemodum amoris, & irati aduersus Bonzios odij, fructus quoque tulit valde dissimiles vir Dei, nēpe hinc magnum in populo nomen; cōuersus assiduos omnis generis hominum, sui eius aspectu, & assatū auentium; venerationē apud ciues, & aulicos singularē. Ex alia parte probra, contumelias, maledicta, minas, vitæ pericula tam inuitabilia, vt absq; miraculo non videatur illa effugisse. Apostolicū vero eius munus ex tenebris idololatriæ, in lucē Christianam Funaij traxit innumerabiles; quod scriptū reliquit Lusitanus qui suā & ipse personā egerat in illo deducti ad Regem Xauerij apparatu, [eratque ait, explendæ suæ in salutem hominum caritati, vsq; adeò intentus, vt nisi nocte valde intempesta, postquam ad somnum concesserant ethnici, adire illum non possent sui Lusitani, hoc est piæ cohortationis, & confessionis subsidio recreari, quòd autem in illum afficerentur vt filij in patrem, timebant tam denso, & continuato tam strenue labore ne opprimeretur, rogabantque cibi, & somni debitum quod pro suo iure natura exigit, ne sibi negaret, quibus ille, si verè, bene sibi vellent, in iis quæ corpus attingebant, se

37

Cōuersiones
Funaij, & Re-
gis emenda-
tio.